

FASCICVLVS MORALITATIS

VENERABILIS FR.

CAESARII

HEISTERBACENSIS MONACHI

S. Ordinis Cisterciensium:

HOMILIAS DE INFANTIA

*Servatoris Iesu Christi complectens.*

Pars Prima:

IN EVANGELIA A NATIVITATE

VSQVE AD OCTAVAM EPIPHANIAE.

Per R. P. F.


IOANNEM ANDREAM COPPENSTEIN

*Mandalensem, S. Ordinis Prædicatorum Theologum.*

Nunc primum ex peruetusto M. S. Cod. ad typos elaborata: additis ad  
marginem Lemmatis & Citationibus adnotatis.

*Quibuscumque Concionatoribus: Religiosis verò imprimis utiles in Spiritualibus  
Exhortationibus instituendis.*

*Exe Bonu  
Adm Redi Boni  
Paali Nois  
parochi an  
Dienfell  
No 1667*



*Loci copiam  
non Neobergi  
St...*



COLONIE AGRIPPINE,

Sumptibus Petri Henningij, sub

signo cuniculi, Anno MDCXV.

*Cum gratia & Privilegio S. Caf. Maieft.*

Laudariq;  
coram fu-  
git.

n. Eccl. 11.  
10.

Quo plus  
agnoscit  
malitiam  
superbiae.

Quis lau-  
dandus.

Deus Quo  
modo: cur

o. Psal. 46  
7.

Exemplū  
de laude  
cantus, nō  
Dei.  
Idem Dia-  
logorum  
lib. 4. cap.  
9.

laudatur, quādoque in laude oblata  
delectatur; nisi circumspēctus sit, per  
laudis appetitum à sua iustitia ruit.  
Vnde sapiens laudatori consuli dicēs:  
n. ante mortem ne laudes hominem  
quemquā: in filiis suis agnoscitur vir.  
Quasi dicar: ipsa opera laudabunt eū.  
Idē intelligitur deglorificatione. Qui  
enim proximū laudat, laudādo glo-  
rificat. Dicit & docet Gramaticus om-  
nia nomina verbalia in io desinen-  
tia, significant actionē, & passionē.

Timeat ergō iustus illō ire, vbi re-  
gnat Archelaus: quia non solum in-  
terpretatur agnoscens leo; sed etiam  
agnitio leonis. Quāto peccatum ex-  
tollentiā, siue inanis gloriā plus ag-  
noscimus, tantō amplius timere de-  
bemus. Laudat iustus Deum; laudat  
& proximum, in laude Dei timeat e-  
lationem: & in laude proximi adula-  
tionem. Laudandus est Deus humili-  
ter, hilariter, intente, distincte. Hu-  
militer, ne gloriemur in suavitate,  
seu altitudine vocis. 1. Hilariter, vt  
prodeat de bona voluntate cordis.  
3. Intente, vt mens voci concordet. 4.  
Distincte, vt verba vel notas plenē  
proferat. Propter hęc quatuor qua-  
ter Psalmista in vno versiculo laudē  
Dei nobis inculcat, dicens. o. Psallite  
Deo nostro. psallite. psallite regi nostro,  
psallite. De singulis exempla pro-  
feram pro vt à viris religiosis acce-  
pti. Qui plus in voce quam in Dei  
laude delectantur; de hoc, quod se-  
quitur terreantur.

Tempore quodam Clericis, qui-  
busdam in Ecclesia fortiter cantan-  
tibus, & vocem in sublime tollenti-  
bus, vidit vir quidam religiosus, qui  
tunc adfuit, quendam dæmonem in  
loco eminentiori stantem; saccum in  
sinistra manu apertum tenentem: qui

cantantium voces dextera latē ex-  
pansa capiebat: atque in eundem sac-  
cum mittebat. Illis, completo cantu,  
inter se gloriantibus, tanquam qui  
benē & fortiter laudassent Deum, re-  
spondit ille, qui visionem viderat. Be-  
nē quidem cantastis; sed saccum ple-  
num. Mirantibus illis, & interrogan-  
tibus cur hoc diceret; visionem illis  
per ordinem exposuit. Hęc contra  
superbiam vocum, & exultationem  
dicta sint.

Porrō de suavitate illarum dele-  
ctatione audi Augustinū. Quoties, in-  
quit, me plus delectat cantus, quam  
res que cantatur: toties me grauius  
peccare confiteor. Et Gregorius. Cum  
blanda vox queritur, vit a sobria dese-  
ritur.

Sicut cognoui, non ex lectione, sed  
ex relatione. Monachus quidam fuit  
in monte Cassino, vocem habens su-  
auissimam. Hic cum in vigilia paschæ,  
in veste Leuitica cereum benediceret,  
& voce dulcissima melodiam illam  
dulcissimam resonaret, & esset vox  
eius in auribus omnium, quasi musi-  
ca in conuiuio vini: benedicto cereo  
nusquam comparuit. Et nescitur vs-  
que in hodiernum diem, vtrum causa  
illius raptus, meritum fuerit tam glo-  
riosæ benedictionis: vel culpa subor-  
tæ elationis. Si non est translatus ab  
Angelo; timeo quia rapuerit eum  
Archelaus, id est, agnoscens leo: qui  
superbas voces Clericorum, misit in  
sacrum. Huiusmodi vocum exaltationem  
frequenter esse à diabolo: subie-  
cto probabitur exemplo.

Dixit mihi vir quidam valdē ve-  
nerabilis; sacerdos & Prælati in or-  
dine nostro; visionem satis terribilē.  
In domo, inquit, in qua tunc tempo-  
ris

Cantus  
suauitas,  
delectans  
perdit me  
ritum.

Exemplū  
Belle can-  
tans perdit  
tur.

Aliud fi-  
mille de  
cantu su-  
perbē esse  
to.

expleto, diabolus totius confusionis caput cū suis satellitibus abcessit, & pax turbata psalluntibus accessit. Visus est in illa hora diabolus sicut draco, habens hastæ longitudinem, euolare, & hoc iuxta lampadē in choro ardentem, ne priorem illius abcessus possit latere. Reliqui dæmones umbrosa habebant corpora, pueris maiora, facies ferro, post modicum de igne extracto, similimas.

Alia quadā nocte cum præuenisset fratres ad vigilias, & propter aeris claritatem considerandam oculos dixisset ad fenestram anteriorem, obiecit se visui eius dæmon quidam in æthiopis effigie, magnus & nigerrimus; ac si hora eadem de igne infernali recenter esset extractus. Qui ad eum per chorū superiorem veniens, ipsumque pertransiens egressus est. Interim nola à sacrista pulsabatur. Sæpius per chorum dæmones vidit in formis minutissimis discurrennes: sæpe in diuersis locis contemplatus est eos horribiliter scintillātes. Ecce tales est Archilaus: ales ministri eius,

Sentiens igitur aspectum dæmonum vir sanctus oculis esse notium; & bene expertus illorum nequitiam: quadā die, Missa dicta de sancto spiritu, orauit Deum, vt eum ab huiusmodi visionibus liberaret. Statimque adfuit illi inimicus in forma oculi ad magnitudinem pugni lucidissimi, ita oculis eius vicinus & importunus, vt quasi videretur dicere. Modo diligenter inspicere me, quia de cætero nō videbis me. Et factum est ita. Exauditus est, liberatus est,

Nec hoc silebo quomodo peruenit ad huiusmodi visiones. Frater de quo superius dixi, vir iustus & bonus, solitus erat ei referre in confes-

sione, qualiter in diuersis formis dæmones frequenter videret; & illius exemplo mox videndi desiderio accensus: intentissime Deū orauit, vt sibi etiam hanc gratiam donaret. Statimque exauditus est, & cum hæc hisque similia videret, ex multa charitate, & ex speciali quadam, quam ad me habere dignatus est, familiaritate; mihi aliqua sub typo confessionis recitauit: hoc licentians, vt si vellem scripto mandarem: dummodo personam eius non propalarem.

Restat adhuc dicendum de distinctione laudis diuinæ: sicut intentē, ita laudare Deum tenemur distinctē. *Reddam tibi, inquit, vota mea; quæ distinxerunt labia mea.* Quidam psalmodiæ satis intendunt: sed ex mala consuetudine multas syllabas, verbaque negligunt. Istos defectus siue saltus, in Iudæa, id est, laudatione, Archelaus, scilicet agnoscens Leo, non ignorat,

Ratisbonæ Episcopus quidā fuit religiosus, qui tempore quodam de fenestra palatij sui prospiciens, vidit gigantem magnum, nigrum, deformem, saccum in humeris portantem & vtramque eius partem ad terram vsque pendere. Episcopo sciscitanti, quis nam esset, vel quid in sacco portaret? respondit. Omnes dictiones, vel syllabas, quæ in Episcopatu tuo ex ore psallentium per negligentiam cadunt, in hunc saccum repono. Hoc audito Episcopus ingemuit, & per totum illum annum, per totum Episcopatum horas duplicauit.

Visi sunt aliquando dæmones in similitudine coruorum, psallentium pedes circuire, & syllabas siue verba defluentia, quasi micæ, vel grana, cū auiditate colligere.

Aliud e-  
iusdem  
nolæ.

Orans li-  
berator à  
visionibus  
dæmonū.

Oranti fit  
gratia vi-  
dendi dæ-  
mones re-  
tatores.

t. psal. 64.  
13.

III.  
Laudans  
deus cantu.  
Deus dis-  
tincte.

Exemplū  
de dæmo-  
ne syllaba-  
rum in  
cantu col-  
lectore.